

QUÆSTIO IX.

Quare cum olim manus impositio esset signum condemnationis ad mortem, Apostoli imponentes manus dabant vitam?

74. Impositio manus signum mortis. Danic. 13. Levit. 24. Elebris extitit antiqua consuetudo, ut esset signum condemnationis ad mortem, si duo Presbyteri in medio populi, posuerunt manus suas super caput Suzanne. Daniel. 13. num. 34. & de blasphæmo disponit lex: Ponant manus suas super caput ejus, & lapidet eum populus universus. Levit. 24. num. 14. Si ergo manus impositio secum adducebat mortis sententiam, quomodo Apostoli impositis manibus dant vitam?

75. Indignus in dignitate ad perniciem digni ad bonum. Respondeo primò. Considera quantum distat affectus humanus à divino, ex humano mors prodit, ex divino vita, & salus: Secundo illi presbyteri Susannam accusantes injustè tantam presbyteratus dignitatem obtinebant, sacri Christi discipuli optimo, ac præclarissimo jure Apostolico apice gaudebant: Indigni in dignitate aliorum perniciem machinatur; Benemeritis verò omnium adjuvamen, ac promotionem negotiatur. Tertio Alii, ut eumque manus imponebant, Apostoli verò non simpliciter, sed signo Crucis facto manus imponebant, & signum Crucis salutem, vitam, ac omne bonum secum importat.

76. Percutiens Dominus Ægyptum ultima plaga ordinat, ut Angelus nocte petransiens interficiat omnem primogenitum in terra Ægypti, & ut Hebræorum domus, ac familiæ eorum essent custodiæ, præordinat, ut de sanguine Agni ponant in superliminariis Exod. 12. numer. 23. Transibit enim Dominus percutiens Ægyptios, cum videris sanguinem in superliminariis, & in utroque poste, transcendet ostium domus, & non sinet pertransire ingredi domos vestras, & ledere. Cur in sanguine illo tanta virtus est, ut sit tutamen veluti scutum ad custodiendam vitam, salutem, ac habitacula Hebræorum, ut Angelus percutiens Ægyptios, non valeat intrare, sed necesse habeat petransire? Sanguis ille impositus est in superliminariis in figura, & forma Crucis, cumque signum Crucis appareret, ibi dabatur munimen, & tutamen ab omni malo, ut illo muniti salvi, & incolumes persisterent à quocumque eminenti periculo. S. Hilarius Arelatenus Episcopus homil. 6. ait: Hodie de luto, ac paleis populus Dei, id est, de vilissimis, & inanissimis operibus liberatur, hodie Agnus ille, qui tollit peccata mundi, in redemptionem humane salutis effertur, quando postes domorum sanguine illius jubentur inscribi, id est Crucis titulo. Nota ultima verba.

77. Descendens Dominus ad liberandum populum suum de ergastulo Ægyptiorum, Moyse apparuit Dominus in flamma ignis de medio rubi. Exod. 3. nu. 2. Cur modo se se ostentat Deus Moyse in rubo, cur non potius in aliquo eminenti monte, ut quando dedit legem in Syna, Exod. 19. vel potius in spelunca, vel foramine petrae, ut ei ostenderet partem gloriæ suæ, Exod. 33. numer. 21. Sed in rubo igne inflammato, quæ flamma denotabat afflictionem populi in Ægypto, à qua liberandum Dominus descendebat, & dum de hac libertate agit, cur primò lignum eligit? Figurabatur ibi lignum Crucis quod futurum erat initium nostræ libertatis, salutis, ac vitæ, Procopius inquit: Initium miraculorum per lignum fit, quod novi testamenti Crucem prædicat.

78. In cuius rei confirmationem notat ipse Procopius quod initium omnium mirabilium, quæ fecit Moy-

ses in Ægypto, ita ut non sint facta similia in universa terra, exorsum per lignum; nam primum omnium extitit, ut virga, quam tenebat in manu projecta in terram, Versa est in colubrum, Exod. 4. num. 1. Procopius ibi inquit: In hunc modum inducit eum ad Symbola, quæ latent in virga, nempe, ut initium signorum fiat per lignum, nempe Crucis, cuius multa mysteria symbolice in illa virga Moyse denorantur.

Crux initium omnium mirabilium. Exod. 4. Procop.

QUÆSTIO X.

Quare Apostoli imponebant manus facientes signum Crucis in fronte?

Sacri Apostoli ponebant manus, & ungebant, ministrantes Sacramentum Confirmationis facientes signum Crucis in fronte, ut sit in ipso Sacramento Confirmationis, & Baptismi, ut docet Concilium Florentinum, D. Thomas, & alii, cur potius in fronte, quam in alia corporis parte?

Respondeo primò. Frons verecundiæ sedes est, fideles ibi inunguntur, quia de Cruce Christi; ac ejus fide non verecundantur, nec illam pro ignominia reputant, sed illam pro magno honore, ac ornamento habent, & de illa maxime gloriantur, ut dicit Paulus Rom. 1. numer. 16. Non enim erubescit Evangelium; Unde præclare ait Tertullian. lib. adversus Valentianos cap. 1. Nil veritas erubescit, nisi solumnodo abscondi; quia nec pudebit illi lumines ei dedere. Et ideo Christus Dominus suis discipulis dicebat: Quod dico vobis in tenebris dicite in lumine, & quod in aure auditis, predicare super tellus. Matth. 10. numer. 27. D. Hilarius Canon. 10. ait: Id quod à se dictum est, cum libertate fidei, & confessionis vult esse loquendum. Hinc dicitur Proverb. 1. numer. 20. Sapientia foris predicat, in plateis dat vocem suam.

Secundo: In fronte, ut fidem, ac Crucem Christi, quam intrinsecus fideles habent in corde, exteriori signo ostendant, ac manifestent; nam, ut ait Salvianus: facies os cordis est; id enim, quod in corde latet, in faciem exundat, ac per ejus gestum, ac notam declarat. Cum Christus Dominus pergeret in Ierusalem ad passionem, & mortem suam scribit D. Lucas 9. num. 51. Factum est dum complerentur dies assumptionis ejus, ipse faciem suam firmaret, ut iret in Ierusalem. Expende firmavit faciem; Beda Obstinata, ac imperterrita mente; Illam enim fortitudinem, generositatem, ac firmitatem, quam habebat in mente patiendi pro salute generis humani, in faciem, ac frontem redundabat.

Tertio: In fronte inungitur, ac ponitur Crux, in superiori hominis parte, tamquam scutum ad totum hominem custodiendum, atque ad hostium, tam invisibilem, quam visibilem tela repercutionem, eorumque jacula infringenda: Ille optimus Pater familias: Plantavit vineam, & septem circumdedit ei, & fodit in ea torcular. Matth. 21. numer. 33. Circa hanc rem multas considerationes morales faciunt Sancti Patres, de quo egi tom. 4. cap. 43. quæstione 2. qui omnes per vineam intelligunt Ecclesiam sanctam. Per septem D. Chrysostr. homil. 40. in Imperfecto, Euthym. Theophacl. Angelorum custodiam, & ad majorem vineæ excellentiam, ac tutelam posuit in ea torcular, in quo exprimentur uvæ sub rigido ligno, quod Sanctam Crucem denotat, sub cuius umbra sit optimum vinum sanguinis Sanctorum Martyrum, sed ad tantum fructum, ac vineæ custodiam posuit Crucis delineamentum; Nonne ad defensionem vineæ, seu Ecclesiæ sufficie-

79. Concil. Florentinum, D. Thomas, & alii, cur potius in fronte, quam in alia corporis parte?

80. Fideles de Cruce gloriantur. Rom. 1. Tertullian. Veritas non vult abscondi, sed publicari. Math. 10.

81. Salvia. Fides, quæ est in corde exterioris manifestatur. Luc. 9.

82. Beda.

83. D. Chrysostr. Theoph. Euthym.

84. Fortissima tutela a Christi Crucis.

85. Syriac.

bant exercitus Angelorum, ad quid insuper Crux? Prævidit, quod contra suam Ecclesiam multi adversarii visibiles, & invisibiles præstantes erant insurrecturi, & ideo ad majus tutamen non contentus est Angelorum custodia, sed adhibuit Crucis notam, sub cuius umbra Ecclesia, ac ejus fideles à quocumque adversitate præstantissimam obtinent tutelam; D. Isidor. in 3. lib. Regum cap. 2. ait: Sub Dominica Crucis tutela protegentur omnes sancti; qui in disrupta pacis perseverantia solidantur.

83. Valde celebratur Debora de illustri victoria; quam habuit de Sisara crudeli adversario populi Dei, ut inde ipsa dicatur benedicta inter mulieres; nam cum obdormiret Sisara: Sinistram manum misit ad clavum, & dexteram ad fabricorum malleos, percussitque Sisaram, quærens in capite vulnere locum, & tempus, valide perforans. Judicium 5. num. 26. quo mortuus est crudelis adversarius populi Dei, & maxime victor, & gloriosus triumphator de illo extitit, ideoque commentatores magna indagine scrutantur mysteria in clavo, ac malleo, quibus temporaria Sisaræ lethaliter perforantur, ut inde auspicia tanti triumphi valeant investigare: Opportune ad rem nostram Rupertus ibi ait: Factum est, ut capiti ejus defigeret clavum valide in cerebrum usque ad terram. Et post pauca subdit: Prima suggestio clavo Dominica Crucis cum timoris Domini malleo transfiguratur. Ecce Christianæ militiæ arma, quibus inexpugnabiles reddimur, ac inimicorum gloriosi triumphatores clavo Crucis Domini, ac malleo timoris, ubi Crux Domini conjuncta cum ejus timore refulget victoria certa, inimici destructi, ac dissipati, Clavo Dominica Crucis cum timoris Domini malleo; fugatur hostilitas adversa, & prosternitur, & exultat triumphantrix acclamatio.

84. Ait Isaias 11. num. 10. In illa die, radix Jesse, qui stat in signum populorum, ipsum gentes deprecabuntur, Pagninus ex Hebræo legit Vexillum. Septuaginta Conspicit, ut Princeps populorum. Et unde sic consurgit ut Princeps populorum suis hostibus debellatis, in signum populorum, seu vexillum, quod est Crux: Cum apparuerit signum filii hominis Matth. 24. nom. 31. statim proclamatur Princeps populorum, in quo ipse, & Populus ejus exultant, ut ipse habeat pro sui signo Crucem, in ipsaque fideles exultent, & ideo Crucem in fronte ponunt. Rupertus ad locum Isaiæ ait: Ecce hodie gentes ipsum deprecantur, & in morte ejus gloriantur, in quo enim alio gloriaris se profitentur, inquit Apostolus; Absit gloriaris, nisi in Cruce Domini nostri Jesu Christi, Id ipsum cum Apostolo gentes quoque actu quodam loquantur pingentes jugiter signum Crucis in suis frontibus. Hoc facere gloriosum est, & regibus.

85. Ait 8. num. 18. Cum audisset autem Simon, quod per manus Apostolorum daretur Spiritus Sanctus, obtulit eis pecuniam. Num. 19. Dicens: Date mihi hanc potestatem, ut cuiuscumque imposuero manus, accipiat Spiritum Sanctum. Petrus autem dixit ad eum. Num. 20. Pecunia tua tecum sit in perditionem: quoniam donum Dei existimasti pecunia possideri.

86. D. Chrysostr. Occum. ut loquerentur virtute linguarum, & haberent gratiam curationis; quod non intelligo de omnibus, sed de illis, qui magis præparati, ac dispositi convertebantur; & recipiebant Sacramentum, ut jam dixi supra n. 67. Obtulit pecuniam; Syriac. Æthiopicus; Syriac. Munus argenti, obtulit non in parva quantitate, sed magna.

87. Vers. 19. Dicens, date mihi hanc potestatem, Infelix non erat contentus, ut reciperet dona Spiritus sancti, ut alii fideles, qui convertebantur, sed super alios volebat exaltari, ut haberet potestatem illa dona conferendi cuiuscumque ipse voluerit. Petrus autem dixit ad eum. Ait Glossa Interlinealis: Quasi Principes loquitur Petrus primus, & publice præcantem arguit publice, sic monet Paulus 1. Tim. 5. n. 20. Peccantes coram omnibus argue, ut & exteri timorem habeant.

88. Vers. 20. Pecunia tua ut tanti criminis causa, & obcausio, sit in perditionem. Origenes in interitum. Ut cum tuis sacrilegis nummis pereas, & damneris; nam pecunia habita in malum finem est in perditionem, & damnationem, in finem vero bonum, in salutem, & vitam Proccata tua elemosynis redime; Daniel. 4. n. 24. Nempe datis pecuniis: Exstimasti pecuniam possideri, Arabic. Acquiri pecuniis. Cum voluisset pecunia emere illud admirabile donum conferendi Spiritum sanctum.

89. Vers. 18. Idem autem Simon. Syriacus: Conspicitur, quod per manus Apostolorum

rum daretur Spiritus Sanctus, ex hoc recte colligit D. Chrysostr. Oecumenius Spiritum Sanctum descendisse in confirmatos visibili aliquo signo ut loquerentur virtute linguarum, & haberent gratiam curationis; quod non intelligo de omnibus, sed de illis, qui magis præparati, ac dispositi convertebantur; & recipiebant Sacramentum, ut jam dixi supra n. 67. Obtulit pecuniam; Syriac. Æthiopicus; Syriac. Munus argenti, obtulit non in parva quantitate, sed magna.

86. Vers. 19. Dicens, date mihi hanc potestatem, Infelix non erat contentus, ut reciperet dona Spiritus sancti, ut alii fideles, qui convertebantur, sed super alios volebat exaltari, ut haberet potestatem illa dona conferendi cuiuscumque ipse voluerit. Petrus autem dixit ad eum. Ait Glossa Interlinealis: Quasi Principes loquitur Petrus primus, & publice præcantem arguit publice, sic monet Paulus 1. Tim. 5. n. 20. Peccantes coram omnibus argue, ut & exteri timorem habeant.

87. Vers. 20. Pecunia tua ut tanti criminis causa, & obcausio, sit in perditionem. Origenes in interitum. Ut cum tuis sacrilegis nummis pereas, & damneris; nam pecunia habita in malum finem est in perditionem, & damnationem, in finem vero bonum, in salutem, & vitam Proccata tua elemosynis redime; Daniel. 4. n. 24. Nempe datis pecuniis: Exstimasti pecuniam possideri, Arabic. Acquiri pecuniis. Cum voluisset pecunia emere illud admirabile donum conferendi Spiritum sanctum.

88. Vers. 18. Idem autem Simon. Syriacus: Conspicitur, quod per manus Apostolorum

89. Vers. 18. Idem autem Simon. Syriacus: Conspicitur, quod per manus Apostolorum

90. Eriam simoniacos comparant cum negotiatoribus, quos Christus Deiecit de Templo, Joan. 2. n. 15.

91. Theophy

92. Theophy

93. Theophy

CUM EXPOSITIONE X.

Theophylactus, & Beda ibi, & D. Hieronymus in c. 21. Matthæi, & D. Ambrosius, in cap. 19. Lucæ; isti enim vendebant, & mercaturam faciebant in templo, illi vero volunt negociare, ac mercaturam facere cum donis divinis, in quibus habitat Spiritus Sanctus.

QUÆSTIO XII.

Quare si mon videns apostolos divitiarum contemptores, audeat offerre pecuniam pro emendis divinis donis?

Respondeo primo: Primus hæresiarca, ac Simoniacus post promulgatum Evangelium, ad quod forte investigatus aliquorum malorum antiquorum exemplo; nam Esau vendidit jus primogenitæ Genes. 2, numer. 3, cui annexum erat Sacerdotale jus, ut traditio Hebræorum habet D. Hieron. de traditionibus, Clemens de Constitutionibus cap. 3, & ideo Paulus Hebræor. 12. numer. 16. eum vocat profanum, id est, irreligiosum, ac sacrilegum.

Secundo: Iste miser, cum esset valde indigens lumine Spiritus sancti, non sibi postulabat, sed ut cuiusque imposuero manus accipiat Spiritum sanctum, quod notans D. Chrysostr. homil. 18. ait: Oportebat petere, ut ipse accipiat Spiritum sanctum; ac ille, quoniam hoc ei non erat cura, ut det aliis, petiit. Iste miser non de salute animæ suæ cogitabat, sed de lucro, ut dando aliis lucraretur.

Tertio Clemens Romanus lib. 6. constit. cap. 7. tamquam ex Petri ore sic loquitur, Voluntas Diaboli erat, ut ipsam Alanum post degustatum cibum interdictionem promissa immortaliitate privaret, sic nos pecunia delinuit, & capios dono Dei privare, sic hac permutatione facta, donum Spiritus Sancti, quod estimationem superat, nummis addiderimus. Malignitas Diaboli in hoc exitit, quod sicut antiquitus latens in pomo, Adamum hominum caput suo veneno infecit, & inde illud pestiferum in universonum genus humanum, sic modo latens in Simone, sibi persuasit posse tantum mundum veneno suo pestilentiare, si Ecclesiæ caput pecuniarum amore corrumpere, & Ecclesiasticos viros Cælestium donorum venditores faceret.

causa totius devastationis Civitatis. Perbelle Galfridus apud Tilmanum in allegoriis ait: Liquefactum ob avaritiam maxime eorum, qui in templo negociabantur, imminere Civitatis excidia videantur, quando post lachrymas, & querelas illi possione sum ejeti.

Quarto, Tertullianus lib. de Idololatriæ cap. 9. ait: Simon magus jam fidelis quoniam aliquid adhuc de circundatoria secta cogitaret, ut scilicet ipse inter miracula professionis suæ etiam Spiritum Sanctum per manus impositionem enundinaret. Verbum hoc enundinaret explicat Cerda, id est vendicare, cum Textus dicat, quod pecunia oblata accesserat empturus Spiritum Sanctum: quomodo Tertullianus ait, quod intendebat ipsum venditare argento, & auro. Ingeniosè quidem Tertullianus, Simon eo modo quo intendebat accipere Spiritum Sanctum, eodem modo cogitabat illum communicare, ac dare, ille data pecunia affectabat accipere, & data pecunia disponebat vendere, ac repartire.

Quinto D. Cyrillus Jerosolymitanus Catech. 16. ait; & maxime ad quæstionem: Simon obtulit pecuniam nihil possidere volentibus, etiam si viderit illos, qui rerum venditarum pretia afferebant, ad pedes Apostolorum prostrabant, neque id reputabat. Videbat Simon ipsos Apostolos divitiarum contemptores, & quod agrorum pretia, quæ vendebantur, et eorum pedes ponebantur, ut inde in pauperes dividerentur, & tamen pecunias eis offert Simon Ambitio valde creca, cumque ipse esset valde ambitiosus omnes alios ambitiosos iudicat; sic ait Apostolus Roman. 2. n. 2. In quo iudicas alterum te ipsum condemas, eadem enim agis, qua iudicas. D. August. epist. 105. ait: Ex sua pervertitate, qua alios iudicat, se ipsum condemnat. In eadem pervertitate, ac malitia: Vide supra cap. 4. q. 3. n. 96.

Sexto: Forsitan Simon sic secum ratiocinavit, Apostoli in publicum, ac patenter se puros, ac incorruptos ostendunt, & omne lucrum temporale à se expellunt; at verò in occulto, & abscondito fieri potest, quod recipiant. In hac cogitatione Diabolus, qui Simonis cor stimulat, cum videret Christum Dominum summæ paupertatis amatorem omnia mundalia continentem, ducit eum in montem excelsum valde, & ostendit ei omnia regna mundi, dicens: Hæc omnia tibi dabo si cadens adoraveris me. Matth. 4. numer. 9. ex aliis hominibus hoc iudicium apud se statuit Diabolus, Magni viri in omnium oculis, ac manifestè valde puros se exhibent nihil accipientes, ac occulte, & sub pallio omnia libenter devorant.

Maximè sollicitus Saul cum suo servo pro quærendis asinis, quos perdidit, desiderans accedere ad Samuelem, ut ei aliquid indicaret, de his, quæ optabat, dixit ad servum suum: 1. Reg. 9. numer. 7. Ecce ibimus, quid feremus ad virum Dei? panis desinit in Cisterciis nostris, sportulam non habemus, ut demus homini Dei, nec quidquam aliud: Tunc puer respondens Sauli, ait: Ecce inventa est in manu mea quarta pars staveris argenti demus homini Dei. Et quomodo cogitant Samueli offerre aliquid municipalium, cum ipse coram omni populo se maximè alienum ab omni munerum acceptione iustificave sit. 1. Reg. 12. numer. 3. Loquimini de me coram Domino,

Minister non accipit in publico, sed in occulto. Christo ejus, utrum bovem cuiusquamulerim, aut asinum, si de manu cuiusquam manus acceperim. Quomodo ergo Saul, & servus ejus disponunt aliquid ei exhibere; Forsitan apud se statuerunt, quod Samuel more aliorum ministrorum, qui licet in manifesto se eximie puros ostentent, in secreto non retractant, oblata contemnere, sed benigno vultu recipiunt.

QUÆSTIO XIII.

Quare D. Petrus tam rigidè, ac acerrime insurgit in Simonem, ac ejus pecuniam?

At magnus Ecclesiæ Pontifex Simoni: Pecunia tu tecum sit in perditionem, quæ verba non esse execrantis, sed corripientis existimat Occumenius, & ait, ac si dicat: Pecunia tua simul tibi pereat cum huiusmodi voluntate. Aliter exponit Cardinalis Hugo dicens tamquam optare Petrum Perire Simonem pecuniam; & Simonem pecuniam: ut factura pecunia peccandi ansam tollat.

Dico tamen, quod Petrus protulit hanc sententiam execrationis, & maledictionis in Simonem, ac ejus pecuniam, utpote tanti criminis materiam, ex zelo justitiæ, non vindictæ, ut tanti criminis vindex, studioque etiam Charitatis, ac religionis: Ut Simon suum perpendens tam abominabile crimen respiceret, & poenitentiam agat, ad quam Petrus eum inducit infra vers. 22. & ut cæteri Christiani discant à tanto crimine fugere, & non permitant se illo coquinari. Pro hac sententia stant D. Hieronymus in cap. 3. Michææ, ubi ait; quod Petrus Oblatam pecuniam cum offerente damnavit. Et D. Chrysostr. pecuniam appellat peccatum, dicens: Peccatum tuum sit tecum in damnationem. Aliter tamen Beda, & Glossa explicant, & dicunt, quod Imprecatio, & maledictio est prævidentis divinitus de Simone sententiam, & huius reprobandionem, atque æternam perditionem. Proindeque Petri verba non fuerunt tantum imprecationes, sed potius prophetiæ, ac prædictio, quod Simon in suo peccato esset periturus, & damnandus, & hic modus dicendi probabilis est.

Dico secundo, quod hæc Petri sententia non absoluta, ac executoria fuit, sed tantum comminatoria; nam si fuisset absoluta, Simon periret, & demergeretur in Infernum sicut ex sententia absoluta Petri Ananias, & Saphira Actor. 5. qui minus deliquerunt occisi sunt, sed fuit tantum comminatoria, ut Simon tanta imprecatione audita respiceret, & ageret poenitentiam, & sic fuit passim in Scriptura, ut homines à suis peccatis, ac criminibus deterreantur. Psalm. 68. numer. 26. Effunde super eos iram tuam. Ad Galat. 3. numer. 13. Maledictus omnis, qui pendet in ligno, maledicitur hic etiam pecunia, cum in se enitativa sit bona, cum fuerit occasio, ac materia tanti sceleris, ac criminis. De maledictionibus latè agunt Theologi cum D. Thom. 2. 2. q. 76.

Secundo aliter explicat S. Valerianus homil. 10. & ait: Pecunia tua tecum sit in perditionem, sic ait: Ventura tecum est pecunia, non ut putas ad ornamentum, sed ad testimonium falsitatis. Putas dives se divitiis suis exornari, & fallitur; quia divitiæ non inserviunt ad ornamentum, sed ad testimonium falsitatis, opulencia enim mendaciorum est matrix, & dum dicit se habere meritum; quia respectivè ad suum desiderium, quamvis multum habeat, nihil videtur habere, ob vehementiam, qua fervescit, plus possidendit: Ait Regius Vates Psalm. 33. numer. 11.

Divites eguerunt, & esurierunt. Divites copiis abundant, quomodo igitur eguerunt, & esurierunt? esuriet, & fames paupertatis comes, valde aliena à divitum abundantia, sed in ipsa sua abundantia stat esuriet magis habendi. Unde præclare dixit D. Hieronymus epistol. ad Paulinum: Avaro tam desit quod habet, quam quod non habet. Opulento avaro omnia desunt; si enim habet, idem est, ac si illorum esset expertus, cum illis non utatur, est in perpetua flamma obtinendi, unde pulchre ad præfatum Plalm. ait D. Augustinus. Divites eguerunt, & c. ait: Non sum illis divitia, sed mendicitas, quia quanto magis abundant, tanto magis crescit inopia. Opulencia non extinguatur inopia, sed illa magis crescit, ac flammescit veluti ignis lignis adhibitis.

Tertio veniat hic iterum Tertullianus lib. de Idololatria supra datus & ait: Quoniam aliquid de circulatoria secta cogitaret, ut inter miracula professionis suæ, etiam Spiritum sanctum venundaret: Unde miser Simon in horribilem damnationis sententiam irruit, ex eo nempe, quia id, quod erat institutum in salutem spirituales animæ intendebat invertere in mercaturam temporalium bonorum. Ait Michæas 3. à numer. 13. Propheta ejus in pecunia divitiarum valde execrabilis. Propterea causa vestri Sion quasi ager arabitur. Alii legunt Depopulabitur; Et unde Sion civitas valde incluta in tantum malum præcipitatur: Propheta ejus in pecunia divitiarum, quia donum prophetiæ venale faciebant. Ibi notter D. Cyrillus Alexandr. inquit: Nefarium plane est, pietatem quæstus occasionem facere, & res divinas acquirenda pecunia viam arbutari.

Scribit D. Matthæ. 8. numer. 19. Accedens ad Christum Dominum scriba quidam ait illi: Magister segnar te quocumque ieris. Dicit illi Iesus: vulpes foveas habent, & volucres Cæli nidos, filius autem hominis non habet, ubi caput reclinet. Quæ cohærentia datur inter illam interrogationem, & hanc responsonem, ille offerebat se ad Christi sequelam per quæcumque viam, Christus Dominus illi obicit illam extremam paupertatem? Ad quid tendit doctrina D. Magistri? Scriba volebat Christum sequi, qui, non ad ejus virtutes imitandas, sed ut disceret facere miracula, ut salute data magnum emolumentum pecuniarum sibi compararet, inde cum non secum admittit Iesus; sed rejicit ostendens illi quantum distat à veritate, opponens illi suam paupertatem, gratia miraculorum non compatitur quæritu lucrandi, sed spiritu paupertatis, ac humilitatis. D. Basiliius Seleuc. orat. 28. ait: Qui miraculorum fingis desiderium, cum pecuniarum te vincat amor? quid ob quæstum divitiarum paupertatis adisti legislatoem? pecunia miraculis non assistantur. Inspice me, qui ex auctoritate patris miracula volucris pauperiorem, non è miraculis aurum legitur.

Actor. 8. numer. 21. Non est tibi pars, neque fors in sermone isto: cor enim tuum non est rectum coram Deo. Nam, 22. Poenitentiam age ab hac nequitia tua: & roga Deum, si forte remittatur tibi hæc cogitatio cordis tui. Nam, 23. In felle amaritudinis, & obligatione iniquitatis video te esse. Nam, 24. Respondens autè Simo, dixit: precamini vos pro me ad Dominum, ut nihil veniat super me horum, quæ dixistis. Nam, 25. Et illi quidè testificati, & loquuti Verbum Domini redibant Ierosolymam, & multis regionibus Samaritanorum evangelizabant.